cuit me pat: hec loquor. Et qui misit me pat mecū
est: et non reliquid me solū. Q̄a que placita sunt ei.
facio semp. Off. Benedicam do mi num qui michi tribuit in
tellec tum Prouidebam de um in conspectu me o sem per
quoniam a dex tris est mi chi ne commo uear.

Hec hostia dn̄e placationis et laudis. tua nos ppitia Sec.
tione dignos efficiat. P. Cō. Domi ne dominus noster

quam admirabile est nomen tuum in universa terra.

Hec nos communio dne purget a crimine. Et celestis remediu faciat esse consortes. P. Sup ppłm.

Adesto supplicationib' nris omps ds. et quib' fiduciā sperande pietatis indulges: consuete misedie. tribue benignus effectum. P. F. R. III.

Tibi dixit cor meum quesiui vultum tuum vultum tuum domine requiram ne auertas faciem tuam a me. P. Dns illuminatio mea et salus mea quem timebo. O R.

Perfice qs dne benignus in nobis. obseruantie scē subsidiū: ut que te auctore facienda cognouimus. te opante impleam'. P. Lectio libri regum.

In dieb' illis: Factus est sermo dni ad helyā thesbiten. dicens. Surge et uade in sarepta sydoniorū: et manebis ibi. Precepi enī ibi mulieri uidue: ut pascat te. Surrexit: et abiit in sarepta. Cumq: uenisset ad portā ciuitatis: apparuit ei mulier uidua colligens ligna. Et uocauit eam: dixitq: illi. Da m paululū mua aque ut bibam. Cumq: illa pgeret ut afferret: clamauit post tergū eī dicens. Affer m obsecro: et buccellā panis in manu tua. Que respondit. Viuit dns ds tuus: quia non habeo panē. nisi quantū pugillus cape potest farine in ydria: et paululū olei in lechito.

En colligo duo ligna · ut ingrediar & faciã illud m̄
& filio meo · ut comedam⁹ & moriamur. Ad quam
helyas ait · Noli timere · s; uade & fac sicut dixisti ·
Verumtamen m̄ primũ fac de ipsa farinula sub ci
nericiũ panẽ paruulũ · & affer ad me · Tibi autẽ &
filio tuo · facies postea · Hec autẽ dicit dñs ds israhel ·
Ydria farine non deficiet · nec lechitus olei minuet ·
usq; ad diẽ in qua daturus ẽ dñs pluuiã sup faciẽ t̃re ·
Que abiit · & fecit iuxta u̾rbũ helye · Et comedit ip lxiii
se & illa · & domus ei⁹ tota · Ex illa die ydria farine
non defecit · & lechit⁹ olei non ẽ minut⁹ · iuxta uer
bum dñi · quod locut⁹ est in manu helye · GR acta cogitanĩ ·
nullo tp̃r · Locut⁹ est ihc · ad turbas · Matheum ·
& ad discipulos suos dicens · Sup cathedram moysi · sede
runt scribe & pharisei · Omnia g̊ quecumq; dixerint
uobis · seruate & facite · Secdm op̃a uero eoꝝ · nolite fa
cere · Dicunt enĩ · & n̄ faciunt · Alligant autẽ onera
grauia & importabilia · & imponunt in humeros ho
minũ · digito autẽ suo nolunt ea mouere · Omĩa ů
op̃a sua faciunt · ut uideant̃ ab hominib⁹ · Dilatant
enĩ philacteria sua · & magnificant fimbrias · Amant
autẽ primos recubit⁹ in cenis · & primas cathedras
in synagogis · & salutationes in foro · & uocari ab

hominib' rabbi. Vos autē nolite uocari abhominibus rabbi. Unus ē enī magister uř. oms autē uos fřes estis.
Et patrē nolite uocare uobis sup terrā. Unus ē enī pař uř. qui incelis ē. Nec uocemini magistri. qā magister uř unus est xpc. Qui maior ē uřm. erit minister uř. Qui autē se exaltauerit humiliabit. & qui se humiliat. exaltabitur; Off. Miserere michi domine secundum magnam misericordiam tuam dele domine iniquitatem meam.

SECRETA.

Scificationē tuā nobis dne huis misteriis placatus opare. que nos & aterrenis purget uiciis. & ad celestia dona pducat. P. Coṁ. Narrabo omnia mirabilia tua. letabor & exultabo inte psallam nomini tuo altissime.

Ut sacris dne reddamur digni muneribus. P. coṁ. fac nos tuis qs obedire mandatis. P. Super ppłm.

Propitiare dne supplicationib' nřis. & animarū nřarum medere languorib'. ut remissione pcepta. intua semp benedictione letemur. P. FR̄ IIII.

Ne derelinquas me domine deus meus ne discedas a me intende in adiutorium meum domine uirtus salutis meae. V. Dnē ne infurore tuo arguas me neq; in ira tua corripias me.

Populū tuū dne ppiti respice. OR. & quos ab escis carnalib' precipis abstinere. anoxii

quoq; uiciis ceſſare concede. P. L. libri Heſter:

In diebus illis. Orauit heſter ad dominum dicens. Domine rex
omnipotens. in tua dicione cuncta ſunt poſita. et non eſt
qui poſſit reſiſtere tue uoluntati. Si decreueris ſal
uare nos. continuo liberabimur. Tu enim domine feciſti
celum et terram. et quicquid celi ambitu continetur. Tu
es dominus omnium. et non eſt qui reſiſtat maieſtati tue.
Et nunc domine rex regum. deus abraham miſerere populo lxiiii
tuo. quia uolunt nos inimici nostri perdere. et heredi
tatem tuam delere. Ne deſpicias partem tuam quam rede
miſti tibi. ſed exaudi deprecationem nostram. et propitius eſto
forti et funiculo hereditatis tue. Et conuerte luctum
nostrum in gaudium. ut uiuentes laudemus nomen tuum.
Et ne perdas ora canentium te. domine deus noster. GR. Sal uum
fac populum tuum domine et be nedic
hereditati tu e.
V. Ad te do mine clama ui deus meus
ne sileas a me et ero similis descenden
tibus in la cum.

In illo tempore. Aſſumpſit ihesus duodecim Secundum Matheum.
diſcipulos ſuos ſecreto. et ait illis. Ecce aſcendimus
hieroſolimam. et filius hominis tradetur principibus
ſacerdotum et ſcribis. et condempnabunt eum morti.

Et tradent eum gentib(us) ad deludendu(m) et flagellandum.
et crucifigendu(m). Et tercia die reſurget. Tunc acceſſit
ad eum mater filio(rum) zebedei cum filiis ſuis adorans.
et petens aliquid ab eo. Dixitq(ue) ei. Quid uis. Ait illi.
Dic ut ſedeant hii duo filii mei unuſ ad dextera(m) tuam.
et unuſ ad ſiniſtram tua(m) in regno tuo. Reſpondens
aute(m) ih(esu)s dixit. Neſcitiſ quid petatiſ. Poteſtiſ bibere
calice(m) que(m) ego bibiturus sum. Dicunt ei. Poſſumuſ.
Ait illiſ. Calice(m) quide(m) meu(m) bibetiſ. ſedere aute(m) ad dex
tera(m) mea(m) et ſiniſtra(m) non e(st) meu(m) dare uobiſ. s(ed) quibuſ
paratu(m) eſt a patre meo. Et audienteſ dece(m) indignati
ſunt de duobuſ fr(atr)ib(us). Ih(esu)s aute(m) uocauit eoſ ad ſe et ait.
Scitiſ quia principeſ gentiu(m) d(omi)nantur eoru(m). et qui ma
ioreſ ſunt poteſtate(m) exercent in eos. Non ita erit inter
uoſ. S(ed) quicumq(ue) uoluerit inter uoſ maior fieri ſit
ueſter miniſter. Et qui uoluerit inter uoſ primus
eſſe erit u(este)r ſeruuſ. Sicut fili(us) hominiſ non uenit mi
niſtrari. ſed miniſtrare et dare anima(m) ſua(m) redempti
onem p(ro) multis. OFF. A(d) te domine. SECRETA.
Hostias d(omi)ne quas tibi offerimuſ p(ro)pitiuſ reſpice et
p(er) hec ſ(an)c(t)a commercia uincula peccato(rum) n(ost)roru(m) ab
ſolue. P(er). COM. Iuſtuſ dominuſ et iuſticiaſ dilexit
equitatem ui dit uul tuſ e iuſ. POST COM.

Sumptis domine sacramentis ad redemptionis aeterne quaesumus proficiamus augmentum. P. Super populum.

Deus innocentiae restitutor et amator, dirige ad te tuorum corda servorum, ut spiritus tui fervore concepto, et in fide inveniantur stabiles, et in opere efficaces. P. eundem.

FERIA V.

Deus in adiutorium meum intende domine ad adiuvandum me festina. Confundantur et reuereantur inimici mei qui querunt animam meam. V. Avertantur retrorsum et erubescant qui cogitant michi mala. OR. lvi.

Presta nobis domine quaesumus auxilium gratiae tuae, ut ieiuniis et orationibus convenienter intenti, liberemur ab hostibus mentis et corporis. P. Lectio hieremie prophete. Hec dicit dominus deus.

Maledictus homo qui confidit in homine, et ponit carnem brachium suum, et a domino recedit cor eius. Erit enim quasi mirice in deserto, et non videbit cum venerit bonum, sed habitabit in siccitate in deserto, in terra salsuginis et inhabitabili. Benedictus vir qui confidit in domino, et erit dominus fiducia eius. Et erit quasi lignum quod transplantatum est super aquas, quod ad humorem mittit radices suas, et non timebit cum venerit estus. Et erit folium eius viride, et in tempore siccitatis non erit sollicitum, nec aliquando desinet facere fructum. Pravum est cor hominis et inscrutabile.

quis cognoscet illud. Ego dns scrutans corda. et probans
renes. qui do unicuiq; iuxta uiam suā. et iuxta fructū
ad inuentionū suarū. Dicit dns omps; GR. Propitius es
to domine peccatis nostris nequando dicant gentes
ubi est deus eorum. V. Adiuua nos deus salu
taris noster et propter hono
rem nominis tui domine libera nos.

In illo tpr. Dix. ihc discipulis suis parabolā hanc. LUCAM.
Homo quidā erat diues. et induebatur purpurā et
bisso. et epulabatur cottidie splendide. Et erat quidā
mendicus nomine lazarus. qui iacebat ad ianuā eius
ulceribus plenus. cupiens saturari de micis que cade
bant de mensa diuitis. et nemo illi dabat. Sed et canes
ueniebant. et lingebant ulcera eius. Factū est autem
ut moreretur mendicus. et portaretur ab anglis in sinum
abrahe. Mortuus ē autē et diues. et sepultus ē in infer
no. Eleuans autē oculos suos cū esset in tormentis. ui
dit abraham a longe. et lazarū in sinu eius. Et ipse cla
mans dixit. Pater abrahā miserere mei. et mitte
lazarū ut intinguat extremū digiti sui in aquā
ut refrigeret linguā meā
qa crucior in hac flāmā. Et dixit illi abrahā. Fili.
recordare qa recepisti bona in uita tua. et lazarus
similiter mala. Nunc autē hic consolatur. tu uero cruciaris.

Et in hiis omnib' inter nos & uos chaos magnū firma
tū ē: ut hii qui uolunt hinc transire ad uos ñ possint.
neq; inde huc transmeare. Et ait. Rogo ergo te pat: ut
mittas eū in domū patris mei. Habeo enim quinq;
frēs: ut testetur illis ne & ipsi ueniant in locū hunc
tormentoꝝ. Et ait illi abrahā. Habent moysen & pphas.
audiant illos. At ille dixit. Non pater abraham: sed
siqs ex mortuis ierit ad eos: penitentiā agent. Ait illi lxvi
abraham. Si moysen & pphas ñ audiunt: neq; siquis
ex mortuis resurrexerit. credent. Off. Precatus est
moyses in conspectu do mi ni dei sui & dix it Preca
tus est moyses in conspectu do mi ni dei sui & dix it
Quare domi ne iras ceris in populo tuo Parce ire animi
tu i Memento abraham ysaac & iacob quib'
iurasti dare terram fluentem lac & mel Et placat'
factus est do mi nus de malignitate quam dixit face re popu
lo suo. SECRETA.

Presenti sacrificio nomini tuo nos dñe ieiunia dica
ta scificent: ut quod obseruantia nr̄a pfitetur exteri'
interius operetur effectu. P. Com. Qui manducat carnem
meam & bibit sanguinem meum in me manet & ego in eo di
Grā tua nos qs dñe non OR. cit dominus.
derelinquat: que nobis opem semp acquirat. P.

Adesto nobis dne famulis tuis. & ppetuã benignitatem largire poscentib; ut hiis qui te Super populum. auctore & gubnatore glantur: & congregata restaures; & restaurata cserues. P. FERIA VI.

Ego autem cum iusticia apparebo in conspectu tuo saciã bor dum manifestabitur gloria tua. Ps Exaudi dne iusticiam meã intende deprecationem meam. Collta. OR.

Da qs omps ds. ut sacro nos purificante ieiunio: sinceris mentib; ad scã uentura facias puenire. P.

In dieb; illis. Dixit ioseph frib; suis. Lect libri Genesis. Audite somniũ meũ quod uidi. Putabã ligare nos manipulos in agro: & quasi consurgere manipulũ meũ & stare. urosq; manipulos circũstantes adorare manipulũ meũ. Responderũt fres ei. Numquid rex nr eris. aut subiciemr dicioni tue? Hec g causa somniorum atq; sermonũ: inuidie. & odii fomitem ministrauit. Aliud quoq; uidit somniũ: qd narrans frib; ait. Uidi psomniũ. quasi sole & lunã: & stellas undeci adorare me. Qd cũ patri suo & fribus retulisset: increpauit eũ pat & dixit. Qd sibi uult hoc somniũ quod uidisti? Nũ ego & mat tua & fres tui adorabim te sup terrã? Inuidebant g ei fres sui: pat u rẽ tacit csiderabat. Cumq; frs illi

in pascendis gregib' patris morarent' in siche · dix'
ad eū isrl · Fr̄es tui pascunt oues in sichimis · ueni
mittā te ad eos · Quo respondente · presto sū · ait · Va Dixitq; illi.
de · & uide si cuncta pspera sint erga fr̄es tuos & pe
cora · & renuntia m̄ quid agat'. Missus de ualle ebron ·
uenit in siche · Inuenitq; eū uir errantē in agro ·
& interrogauit qd quereret · At ille respondit · Fr̄es
meos quero · indica m̄ ubi pascant greges · Dixitq; ei lxvii ·
uir · Recesserūt de loco isto · Audiui autē eos dicentes ·
eam' in dothaim · Perrexit g̊ ioseph p' fr̄es suos · & in
uenit eos in dothaim · Qui cū uidissent eū pcul · anteq̄m
accederet ad eos · cogitauerūt illū occidere · & mutuo lxv
loquebant'. Ecce somniator uenit · uenite occidam' eū · &
mittam' eū in cisternā hanc ueterē · dicemusq; fera pes
sima deuorauit eū · & tunc apparebit qd illi psint
somnia sua · Audiens hoc ruben · nitebat' liberare
eū de manib' eoꝝ · & dicebat · Non interficiam' animā
ei' · nec effundam' sanguinē · s; pcite eū in cisternā
hanc que ē in solitudine · manusq; urās seruate
innoxias · Hoc autē dicebat · uolens eripe eū de
manib' eoꝝ · & reddere patri suo; GR. Ad dominum
cum tribularer clama ui & exaudi uit
me. V Domine

libera animam meam ala bus ini
quis et alin gua dolosa.

Matheum.

[illegible]

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis et turbis iudeorum.
Homo erat paterfamilias qui plantavit vineam. Et
sepem circumdedit ei. et fodit in ea torcular. et edifica
vit turrim, in medio eius et locavit eam agricolis. et peregre profectus est.
Cum autem tempus fructuum appropinquasset misit servos
suos ad agricolas ut acciperent fructus eius. Et agrico
le apprehensis servis eius alium ceciderunt. alium occide
runt. alium vero lapidaverunt. Iterum misit alios servos
plures prioribus et fecerunt illis similiter. Novissime autem
misit ad eos filium suum dicens. Verebuntur filium meum.
Agricole autem videntes filium dixerunt intra se. Hic est
heres. venite occidamus eum et habebimus hereditatem
eius. Et apprehensum eum eiecerunt extra vineam et occiderunt. Cum
ergo venerit dominus vinee quid faciet agricolis illis.
Aiunt illi. Malos male perdet et vineam suam locabit
aliis agricolis qui reddant ei fructum temporibus suis.
Dicit illis ihesus. Numquam legistis in scripturis. Lapidem
quem reprobaverunt edificantes hic factus est in caput
anguli. a domino factum est istud. et est mirabile in ocu
lis nostris. Ideo dico vobis quia auferetur a vobis regnum
dei. et dabitur genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit

ſup lapidē iſtum: confringet. Sup quē û cecidertt. conteret eū. Et cū audiſſent principeſ ſacerdotū & phariſei parabolas ei9: cognouerͣt quod de ipſiſ dicerēt. Et querentes eū tenere. timuerͣt turbas. Quō ſicͭ pphām. eum habebant. Off. Domi ne in auxiliū me um reſpice Confundantur & reuerean tur qui querunt animam me am ut auferant eam. SECRETA.

Hec innobis ſacrificia ds. & actione pmaneant. & operatione firment. P. Coṁ. Tu do mi ne ſeruabiſ nos & cuſto dias nos a generatione hac in e ternum. POST COṀ.

Fac noſ dn̄e qs̄ accepto pignore ſalutiſ ēt̄nę. ſic ten dere ēgruenter: ut ad eade puenire poſſim9. P. Sup

Da qs̄ dn̄e pplo tuo ſalutē mentiſ & corporis: pplm. ut bonis opibuſ inherendo. tuę ſemp uirtutiſ me reat ptectione defendi. P. SABBATO.

Lex do mi ni irreprehenſi bilis conuertenſ animaſ teſtimo nium dei fide le ſapientiam preſtans paruulis. V̄ Celi enarrant glām di & opera manuum eiuſ annunciat firmamentum. OR.

Da qs̄ dn̄e nr̄iſ effectū ieiuniis ſalutarē: ut caſ tigatio carniſ aſſūpta. ad nr̄arum uegetationem tranſeat animarū. P. Lectio libri Geneſis.

Indieb9 illis. Dixit rebecca filio ſuo iacob. Audi ui patrē tuū loquentē cū eſau frē tuo: & dicentē

lxviij.

ei. Affer m̄ de uenatione tua. & fac cibos ut comedā.
& benedicā t̄ corā dn̄o. antequā moriar. Nunc ḡ
fili mi acquiesce c̄siliis meis. pgensq; ad gregē. affer
m̄ duos hedos optimos. ut faciā ex eis escas patri
tuo quib; libent' uescitur. Quas cū intuleris & co
mederit. benedicat t̄ priusquā moriat'. Cui ille re
spondit. Nosti qđ esau fr̄ m̄s homo pilosus sit. & ego
lenis. Si attrectauerit me pat' m̄s & senserit. ti
meo ne putet me sibi uoluisse illudere. & inducat sup
me maledictionē p benedictione. Ad quē mat'. In
me sit ait ista maledictio fili mi. tantū audi uocē
meā. & pge affer que dixi. Abiit & attulit. deditq;
matri. Parauit illa cibos. sic nouerat uelle patrem
illi'. & uestib; esau ualde bonis quas apud se habebat
domi. induit eū. Pelliculasq; hedorū circūdedit ma
nib;. & colli nuda ptexit. Deditq; pulmentum. & panē
quos coxerat tradidit. Quib; illatis dixit. Pat' mi.
At ille respondit. Audio. Quis es tu fili mi. Dixitq;
iacob. Ego sū esau primogenit' tuus. feci sic pcepisti
m̄. Surge sede & comede de uenatione mea. ut
benedicat m̄ anima tua. Rursū ysaac ad filiū suū.
Quomō inquit tā cito inuenire potuisti fili mi.
Qui respondit. Voluntas dī fuit. ut cito m̄ occurrerēt

quod uolebā · Dixitq; ysaac · Accede huc ut tangā
te fili mi · & pbem utrū tu sis fili⁹ mˢ esau · an non ·
Accessit ille ad patrē · & palpato eo · dixit ysaac · Vox
quidē · uox iacob est · s; manus · manus sunt esau · Et
non cognouit eū · quia pilosę man⁹ · similitudinem
maioris expsserant · Benedicens ḡ illi ait · Tu es fili⁹
mˢ esau · Respondit · Ego sū · At ille · Affer inquit
m̄ cibos de uenatione tua fili mi · ut benedicat t̄ lxix
anima mea · Quos cū oblatos comedisset · optulit ei
etiā uinū · Quo hausto · dixit ad eū · Accede ad me · &
da m̄ osculū fili mi · Accessit · & osculat⁹ ē eū · Statimq;
ut sensit uestimtorū ei⁹ fragrantiā · benedicens illi lxvii
ait · Ecce odor filii mei · sic odor agri pleni · quē
benedixit dns · Det t̄ ds de rore celi & de pingue
dine tr̄ę abundantiā · frumti uini et olei · & ser
uiant t̄ ppli · & adorent te trib⁹ · Esto dns fratrū
tuoꝝ · & incuruent̄ ante te filii matris tuę · Qui
maledixerit t̄ sit ille maledict⁹ · & q̄ benedixerit
t̄ · benedictionib⁹ repleat̄ · Vix ysaac sermonē im
pleuerat · & egresso iacob foras · uenit esau · coctosq;
de uenatione cibos · intulit pat̄ dicens · Surge pat̄
mi · & comede de uenatione filii tui · ut benedicat
m̄ anima tua · Dixitq; illi ysaac · Quis eni es tu ·

Qui respondit. Ego sum pmogenitus filius tuus esau. Expa
uit ysaac stupore uehementi & ultra quam credi potest.
admirans ait. Quis igitur est. qui dudum captam uenationem
attulit michi. & comedi ex omnibus priusquam tu uenires.
Benedixique ei: & erit benedictus. Auditis esau sermonibus
patris. irrugiit clamore magno: & consternatus ait. Bene
dic etiam michi pater mi. Qui ait. Venit germanus tuus
fraudulenter & accepit benedictionem tuam. At ille sub
iunxit. Iuste uocatum est nomen eius iacob; subplantauit enim me
en altera uice. Primogenita mea ante tulit: & nunc
subripuit benedictionem meam. Rursumque ad patrem.
Numquid non reseruasti ait & michi benedictionem. Respondit
ei ysaac. Dominum tuum illum constitui: & omnes fratres eius serui
tuti illius subiugaui. Frumento & uino et oleo stabiliui illum:
& tibi post hec fili mi ultra quid faciam. Cui esau ait. Num unam
inquit tantum benedictionem habes pater. Michi quoque
obsecro ut benedicas. Cumque eiulatu magno fleret:
motus ysaac. dixit ad eum. In pinguedine terre. & in rore
celi desuper. erit benedictio tua; GR. Bonum est
confiteri domino & psallere nomini tu o altis
sime. V. Ad annunciandum mane
misericordiam tuam & ueritatem tuam per noctem.

In illo tp̄r· Dix̄ ihc̄ discip̄lis suis· parabolā hanc· Lucam.
Homo quidā habuit duos filios· & dixit adolescentior
ex illis patri· Pat̄· da m̄ portionē substantię· quę me
cōtingit· Et diuisit illis substantiā· Et n̄ post multos
dies· congregatis omnib' adolescentior filius pegre pfect' ē
in regionē longinquā· & ibi dissipauit substantiam
suā uiuendo luxuriose· Et postquā omnia ēsumasset·
facta ē fames ualida in regione illa· & ipse cepit egē
re· Et abiit· & adhesit uni ciuiū regionis illi'· & misit lxv
illū in uillā suā· ut pasceret porcos· Et cupiebat
implere uentrē suū de siliquis quas porci mandu
cabant· & nemo illi dabat· Ipse autē in se reuersus
dixit· Quanti mercennarii in domo patris mei
habundant panib'· ego autē hic fame pēo· Surgā
& ibo ad patrē meū· & dicā ei· Pat̄· peccaui in celū
& corā te· iam n̄ sū dign' uocari fili' tuus· fac me
sic unū ex mercennariis tuis· Et surgens· uenit
ad patrē suū· Cū autē adhuc longe esset· uidit illū
pat̄ ipsi'· & misericordia mot' ē· Et accurrens cecidit
sup collū ei'· & osculat' est eū· Dixitq; ei fili'· Pater·
peccaui in celū & corā te· iam n̄ sū dign' uocari fili'
tuus· Dixit autē pat̄ ad seruos suos· Cito pferte stolā
p̄mā & induite illū· & date anulū in manu eius·

⁊ calciamenta in pedes ei. ⁊ adducite uitulũ saginatũ. ⁊ occidite. ⁊ manducem⁹ ⁊ epulem̃. q̃a hic fili⁹ mis mortuus fuerat ⁊ reuixit. perierat. ⁊ inuent⁹ ē.
Et cępunt epulari. Erat autē fili⁹ ei⁹ senior in agro.
Et cũ ueniret. ⁊ apppinquaret domui. audiuit sẏmphoniã. ⁊ chorũ. Et uocauit unũ de seruis. ⁊ interrogauit que hęc essent. Qui dixit illi. Frat̃ tuus uenit. ⁊ occidit pat̃ tuus uitulũ saginatũ. q̃a saluũ illum recepit. Indignat⁹ autē. nolebat introire. Pat̃ autē illi⁹ egressus. cępit rogare illũ. At ille respondens. dixit pat̃ suo. Ecce tot annis seruio t̃. ⁊ numquã mandatũ tuũ p̃teriui. ⁊ nũquã dedisti m̃ hedum ut cũ amicis meis epularer. S; postquã fili⁹ tuus hic q̃ deuorauit substantiã suã cũ meretricib⁹. uenit. occidisti illi uitulũ saginatũ. At ipse dixit illi. Fili. tu semp̃ mecũ es. ⁊ omĩa mea tua sunt. Epulari autē ⁊ gaudere oportebat. q̃a fr̃ tuus mortuus erat. ⁊ reuixit. Perierat. ⁊ inuent⁹ ē; OFF. Illu mi na oculos me os ne quando obdormi am in mor te ne quando dicat inimi cus meus preua lui aduersus eum.

His sacrificiis dñe cõcede SECRETA. placat⁹. ut q̃ pp̃riis oram⁹ absolui delictis. n̄ grauemur alienis. P. COM. Oportet te fili gaudere quia

frater tuus mortuus fuerat & reuixit perierat & inuentus est. P̄ᵗ CO̅.

Sacramenti tui d̄ne libatio penetralia nr̄i cordis infundat: & sui participes potenter efficiat. P. Super

Familiā tuā qs̄ d̄ne c̄tinua pietate custodi: ppl̄m. ut que in sola spe gr̄e celestis innitit͛. celesti etiam ptectione muniatur. P. DO̅MC̄A. III.

Oculi mei sem per ad dominum quia ipse euellet de laqueo pedes meos Respice in me & miserere mei quoniam unicus & pau per sum ego. P̄ Ad te d̄ne leuaui animā meā ds̄ m̄s in te c̄fi do non erubescam. lxx

Qs̄ omp̄s ds̄ uota humilium OR̄. respice: atq; ad defensionē nrām dexterā tue maiestatis extende. P.

Ad Ephesios.

Fr̄s. Estote imitatores dī sic̄ filii kmi: & ambulate in dilectione sic̄ & xp̄c dilexit nos. & tradidit semet ipsū p nobis. oblationē & hostiam dō in odore suauitatis placentem. Fornicatio autē & omīs inmundicia. aut auaricia. nec nominet͛ in uobis sic̄ decet scōs: aut turpitudo. aut stultiloquiū. aut scurilitas. que ad rē n̄ ptinet. s; magis grārum actio. Hoc autē scitote intelligentes. quod omīs fornicator. aut inmundus. aut auarus. quod ē idoloꝝ seruit͛: n̄ habet hereditatē in regno xp̄i. & dī. Nemo uos seducat inanibus uerbis. Propt̄ hec enī: uenit ira dī in filios

diffidentie. Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando
tenebre. nunc autem lux in domino. ut filii lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate et iusticia et
ueritate. GR. Exurge domine non preualeat homo indicentur gentes in conspectu tuo.

V. In conuertendo inimicum meum retrorsum infirmabuntur et peribunt a facie tua. TR.

Ad te leuaui oculos meos qui habitas in celis. V. Ecce sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum. V. Et sicut oculi ancille in manibus domine sue. V. Ita oculi nostri ad dominum deum nostrum donec misereatur nostri.

V. Miserere nostri domine miserere nostri.

In illo tempore. Erat ihesus eiciens demonium. LUCAM.
et illud erat mutum. Et cum eiecisset demonium. locutus
est mutus. Et admirate sunt turbe. Quidam autem ex eis
dixerunt. In beelzebub principe demoniorum. eicit demonia. Et alii temptantes. signum de celo querebant
ab eo. Ipse autem ut uidit cogitationes eorum. dixit eis.
Omne regnum in se ipsum diuisum desolabitur. et domus supra
domum cadet. Si autem et sathanas in se ipsum diuisus e.

quomodo stabit regnū ipsi⁹ quia dicitis· in beelzebub
eicere me demonia· Si autē ego in beelzebub eicio demo
nia: filii uri in quo eiciunt· Ido ipsi iudices uri erūt.
Porro· si in digito di eicio demonia: pfecto puenit in
uos regnū di· Cū fortis armat⁹ custodit atrium suū:
in pace sunt ea que possidet· Si autē fortior illo sup
ueniens uicerit eū: uniuersa arma ei⁹ aufert in qbus
cfidebat· & spolia ei⁹ distribuet· Q' non ē mecū: aduer
sū me ē· Et qui ñ colligit mecū: dispergit· Cū autem inmund⁹ lxvi
sps exierit ab homine: ambulat p loca inaquosa· que
rens requiē & ñ inueniens· dicit· Reuertar in domū
meā: unde exiui· Et cū uenerit: inuenit scopis mun
datā & ornatā· Et tunc uadit· & assumit septē alios
sps nequiores se: & ingressi habitant ibi· Et fiunt
nouissima hominis illi⁹: peiora priorib⁹· Factū ē
autē cū hec diceret: extollens uocē queda mulier
de turba dixit illi· Beat⁹ uent qui te portauit: &
ubera que suxisti· At ille dixit· Quin immo· Beati
q audiunt uerbū di· & custodiunt illud· Off·
Iusticię domi ni rec te le ti ficantes cor da & dulci o ra
super mel & fa uum Nam & seruus tuus custo diet e a·
Hec hostia dne qs emundet nra delicta· Secr·
& sacrificiū celebrandū· subditorū t corpora· mentesq;

ſcificet. ℟. COM. Paſſer inuenit ſibi domum & turtur nidum ubi reponat pullos ſuos Altaria domine uirtutum rex meus & deus me us Beati qui habitant in domo tu a in ſeculum ſeculi lau dabunt te.

POST COM.

Cunctis nos dne reatib⁹ & piculis ppitiat⁹ abſolue. quos tanti miſterii tribuis eſſe participes. ℟. FR. II.

In deo lauda bo uer bum in domino lauda bo ſermo nem in deo ſpera ui non time bo quid faci at mi chi ho mo. ℟ Miſerere mei deus quo conculcauit me homo tota die impugnans tribulauit me.

Cordib⁹ nris qs dne gratiam tuam benign⁹ infunde. ut ſicut OR. ab eſcis corporalib⁹ abſtinemus. ita ſenſus quoq; nros a noxiis retrahamus exceſſib⁹. ℟. L. libri regum.

Indieb⁹ illis. Naaman princeps militie regis ſyrie. erat uir magn⁹ apud dnm ſuu: & honorat⁹. P illum eni: dedit dns ſalute ſyrie. Erat aute uir fortis & diues: ſ; lepſus. Porro de ſyria egreſſi fuerant latrunculi: & captiua duxerant de tra isrl puella paruula que erat in obſequio uxoris naaman. Que ait ad dnam ſua. Vtina fuiſſet dns ms ad ppham qui e in ſamaria: pfecto curaſſet eu a lepra qua habet. Ingreſſus e itaq; naaman ad dnm ſuu: & nunciauit ei dicens. Sic & ſic locuta e puella: de tra isrl. Dixitq; ei rex ſyrie. Vade: & mittam litteras ad rege isrl. Qui cu pfect⁹ fuiſſet

& tulisset secū decē talenta argenti. & sex milia aureos.
& decē mutatoria uestimentorum: detulit litteras ad regē
isrl in hec uerba. Cū acceperis eptam hanc: scito qd miseri
ad te naaman seruū meū. ut cures eū a lepra sua. Cūq;
legisset rex isrl litteras: scidit uestimenta sua & ait. Nūqd
ds sū ut occidere possim & uiuificare. qa iste misit ad
me. ut curē hominē a lepra sua. Animaduertite et
uidete: qd occasiones querit aduersū me. Qd cū audis
set helyseus uir di. scidisse uidelicet regē isrl uestimenta lxxvii
sua: misit ad eū dicens. Cur scidisti uestimenta tua. Ve
niat ad me: & sciat pphām esse in isrl. Venit autē na
aman cū equis & currib⁹: & stetit ad hostiū domus
helysei. Misitq; ad eū nuntiū helyseus dicens. Vade &
lauare septies in iordane: & recipiet sanitatē caro tua.
atq; mundaberis. Iratusq; naaman: recedebat dicens.
Putabā qd egrederetur ad me. & stans inuocaret nomen
dni di sui: & tangeret manu sua locū lepre. & curaret
me. Numqd nō meliores sunt abana & farfar fluuii
damasci omib⁹ aqs isrl. ut lauer in eis & munder. Cum
autē uertisset se. & abiret indignans: accesserunt ad eū
serui sui. & locuti sunt ei. Pater & si rē grandē dixisset
t pphā: certe facere debueras. Qnto magis qa nc dixit
t: lauare & mundaberis. Descendit & lauit in iordane

ſeptieſ· iuxta ſermonē uiri dī: ⁊ reſtituta ē caro eiꝰ ſicut
caro pueri paruuli· ⁊ mundatꝰ ē a lepra· Reuerſuſq; ē ad
uirū dī cū uniuerſo comitatu ſuo: uenit ⁊ ſtetit corā
eo· ⁊ ait· Vere ſcio qd n̄ ſit aliꝰ dſ in uniuerſa trā· niſi
dn̄s dſ iſrl; GR. Deus uitam me am nunciaui
ti bi po ſui la crimas me as in
conſpec tu tu o·
V̄ Miſerere michi do mine quo niam conculca
uit me ho mo tota di ē bel lans tribula
uit me· Sc̄dm lucā·

In illo tp̄r: Dixerūt pharisei ad ihm̄· Quanta audiuimꝰ
facta in capharnaū: fac ⁊ hic in patria tuā· Ait autē·
Amen dico uob: qā nemo pp̄ha acceptꝰ ē in patria ſuā·
In ueritate dico uob· Multe uidue erant in diebꝰ helyę
in iſrl: quando clauſū ē celū annis tribꝰ ⁊ mſibꝰ ſex·
cū facta eſſet fames magna in omī trā· ⁊ ad nullā illaꝝ
miſſꝰ ē helyas n̄ in ſarepta ſydonię· ad mulierē uiduā·
Et multi lepſi erant ſub helyſeo pp̄ha in iſrl: ⁊ nemo
eoꝝ mundatꝰ ē· niſi naaman ſyrus· Et repleti ſunt
om̄s in ſynagoga ira: hec audientes· Et ſurrexerūt: ⁊
eiecerūt illū extra ciuitatē· ⁊ duxerūt illū uſq; ad ſup
ciliū montiſ· ſup quē ciuitas illoꝝ erat edificata· ut
pcipitarent illū· Ipſe uero tranſiens· p mediū illoꝝ ibat;

OFF. Exaudi deus orationem meam et ne despexeris deprecationem meam intende in me et exaudi me.

Mun(us) quod t(ibi) d(omi)ne n(ost)re servitutis offerim(us) SECRETA. tu salutare nobis p(er)fice sacramentum. P. COM. Quis dabit ex syon salutare israhel cum averterit dominus captivitatem plebis sue exultabit iacob et letabitur israhel. POST COM.

P(rest)a q(uaesumu)s omnip(oten)s et misericors d(eu)s. ut que ore contingimus: pura mente capiamus. P. Super p(o)p(u)l(u)m.

Subveniat nobis d(omi)ne mis(eri)c(or)dia tua. ut ab imminentib(us) peccator(um) n(ost)ror(um) periculis. te mereamur p(ro)tegente eripi. te liberante salvari. P. FERIA. III. lxxiiii

Ego clamavi quoniam exaudisti me deus inclina aurem tuam et exaudi verba mea Custodi me domine ut pupillam oculi Sub umbra alarum tuarum protege me. V. Exaudi d(omi)ne iusticiam meam intende deprecationem meam.

Exaudi nos omnip(oten)s et misericors d(eu)s. et continentie OR. salutaris p(ro)pitius nobis dona concede. P. L(ectio) libri regum.

In dieb(us) illis. Mulier quedam clamabat ad helyseum p(ro)ph(et)am dicens. Servus tuus vir m(eu)s mortuus est. et tu nosti q(ui)a servus tuus fuit timens d(omi)n(u)m. Et ecce creditor venit: ut tollat duos filios meos ad serviendum sibi. Cui dixit helyseus. Q(ui)d vis ut faciam t(ibi)? Dic m(ihi) q(ui)d habe(s) [illegible] in domo tua. At illa respondit. Non habeo

ancilla tua q̄cquā in domo mea: nisi parū olei quo
unguar. Cui ait. Vade et pete mutuo ab omib' uicinis
tuis. uasa uacua n̄ pauca: et ingredere et claude hostiū
cū intrinsec' fueris tu et filii tui. et mitte inde in omnia
uasa hec. et cū plena fuerint tolles. Ibat itaq; mulier:
et clausit hostiū sup se. et sup filios suos. Illi offerebant
uasa: et illa infundebat. Cumq; plena fuissent uasa:
dixit ad filiū suū. Affer m̄ adhuc uas. Et ille respondit.
Non habeo. Stetitq; oleū. Venit autē illa: et indicauit
homini dī. Et ille. Vade inquit uende oleū: et redde
creditori tuo. Tu autē et filii tui. uiuite de reliquo.

GR. Ab occultis me is mun da me do mi ne: et ab alie nis parce seruo tuo. V. Si mei non fuerint domina ti tunc imma culatus e ro et emunda bor a delicto maximo.

SECℓ. LVCAM.

In illo tp̄r. Respiciens ih̄c in discipulos suos: dix̄ symoni
petro. Si peccauerit inte fr̄ tuus: uade et corripe eū
int' te et ipsū solū. Si te audierit: lucrat' eris fr̄m
tuū. Si autē te n̄ audierit: adhibe tecū adhuc unū
ut duos. ut in ore duoꝝ ut triū testiū. stet omē uer
bū. Qđ si n̄ audierit eos: dic eccl̄e. Si autē eccl̄am n̄
audierit: sit t̄ sic ethnic' et publican'. Amen dico uobis:

quecūq; alligaueritis sup t̄ram · erit ligata & in celo · Et quęcūq; solueritis sup terrā · erunt soluta et ī celo ·
Iterū dico uobis: quia si duo ex uobis cōsenserint sup
t̄ram de omi re · quecūq; petierint fiet illis a patre
meo q̄ in celis ē · Ubi enī sunt duo ut tres cōgregati
in nomine meo: ibi sū in medio eo4 · Tunc accedens
petrus ad eū dixit · Dn̄e: quotiens peccauerit in me
fr̄ ms · & dimittā ei usq; septies · Dic illi ihc̄ · Non dico
tibi septies · s; usq; septuagies septies; Off. Dextera dn̄i.
Per hec ueniat qs dn̄e sacramta nr̄e redēp SECR. lxxv
tionis effect⁹ qui nos & ab humanis retrahat semp
excessib⁹ · & ad salutaria cuncta pducat · P. Com. Domi
ne quis habitabit in tabernaculo tuo aut quis requiescet in monte
sancto tuo Qui ingreditur sine macula & operatur iusti
Sacris dn̄e misteriis expiati · & POST COM. ciam.
ueniā consequamur & gratiam · P. Sup populum.
Tua nos dn̄e ptectione defende · & ab omi semper
iniquitate custodi · P. FERIA IIII.
Ego autem in domino sperabo exultabo & letabor in tua
misericordia quia respexisti humilitatem meam · V In te dn̄e
speraui non confundar in eternum in iusticia tua libera me · OR.
Prestā nobis qs dn̄e · ut salutarib⁹ ieiuniis eruditi · a
noxiis quoq; uiciis abstinentes · ppiciationē tuā
facilius impetremus · P. Lectio libri Exodi ·

Hec dic̄ dn̄s ds. Honora patrē tuū · & matrē tuam:
ut sis longeuus sup̄ t̄ram · quā dn̄s ds tuus dabit
t̄. Non occides: n̄ mechaberis: n̄ furtū facies. n̄ loque
ris contra p̄ximū tuū falsū testimoniū. Non ɔcupisces
domū p̄ximi tui: nec desiderabis uxorē ei⁹. n̄ seruū.
n̄ ancillā. n̄ bouē. n̄ asinū. nec omīa que illi⁹ sunt.
Cunct⁹ autē ppl̄s uidebat uoces & lampades. & sonitū
bucine: monteq; fumigantē. Et p̄territi ac pauore con
cussi: steterūt p̄cul. dicentes moysi. Loquere tu nobis:
& audiem⁹. Non loquat̄ nob̄ dn̄s: ne forte moriamur.
Et ait moyses ad pplm. Nolite timere. Ut enī p̄baret
uos uenit dn̄s. & ut terror illi⁹ esset in uobis: & non
peccaretis. Stetitq; ppl̄s delonge. Moyses autē acces
sit ad caliginē in qua erat dn̄s. Dixitq; p̄terea dn̄s
ad moysen. Hec dices filiis isrl̄. Vos uidistis: qd de
celo locut⁹ sim uobis. Non facietis deos argenteos: nec
deos aureos facietis uobis. Altare de t̄ra facietis mihi:
& offeretis sup illud holocausta. & pacifica ur̄a. oues
ur̄as & boues. in om̄i loco in quo memoria fuerit no
minis mei. GR. Miserere michi domine quoniam in
firmus sum sana me domine. V̄ Conturbata
sunt omnia ossa mea
& anima mea turbata est ualde.

In illo tpr̄. Accesserūt ad ihm ab iherosolimis Matheum.
scribę & pharisei: dicentes. Quare discipli tui trans
grediunt̄ p̄cepta seniorū. Non enī lauant manꝰ suas:
cū panē manducant. Ipse autē respondens ait illis.
Quare & uos transgredimini mandatū dī ppt̄ tradi̅ti
onē urām. Nā ds̄ dixit. Honora patrē & matrē: &
qui maledixerit patri uł matri. morte moriatur:
Vos autē dicitis: quicūq; dixerit patri uł matri. munꝰ lxxvi
quodcūq; est ex me ṫ pderit. & n̄ honorificabit patrē
suū uł matrē suā. & irritū fecistis mandatū dī ppt̄
tradi̅tionē urām; ypocrite: bene pphauit de uobis
ysaias dicens. Populus hic labiis me honorat: cor
autē eoꝝ longe ē ame. Sine causa colunt me docen
tes doctrinas & mandata hominū. Et conuocatis
ad se turbis: dixit eis. Audite & intelligite. Non
qd̄ intrat in os coinquinat hominē: s; quod pcedit
ex ore hoc coinquinat hominē. Tunc acceden
tes discipli: dixerūt ei. Scis quia pharisei audito
hoc uerbo scandalizati sunt. At ille respondens
ait. Omis plantatio quā non plantauit pat̄ meus
celestis: eradicabit̄. Sinite illos: ceci sunt duces cecoꝝ.
Cecꝰ autē si ceco ducatū p̄stet: ambo in fouea cadunt.
Respondens autē petrus dixit ei. Edissere nobis

parabolã iſtam. At ille dixit. Adhuc & uos ſine in tellectu eſtis. Non intelligitis quia omne qd in os intrat. in uentrē uadit. & in ſeceſſu emittitur. Que autē pcedunt de ore. de corde exeunt. & ea coinq nant hominē. De corde enī exeunt cogitationes male. homicidia. adulteria. fornicationes. furta. falsa testimonia. blaſphemie. Hec ſunt que coinq nant hominē. Non lotis autē manib; manducare. non coinquinat hominē. Off. Domine fac me cum miſericor diam tuam pptr no men tu um quia ſuauis eſt miſericor dia tu a. SECRETA.

Suſcipe qs dne pces ppli tui cū oblationib; hoſtia rū. & tua miſteria celebrantes. ab omib; nos defende piculis. P. COM. Notas michi feciſti uias uite adim plebis me letici a cum uul tu tuo domi ne. POST COM.

Scificet nos dne qua paſti ſum; menſa celeſtis. & a cunctis errorib; expiatos. ſupnis pmiſſionib; reddat Concede qs omps ds. Sup pplm. Acceptos P. ut q ptectionis tue grām querim;. liberati a malis omibus. ſecura t mente ſeruiam. P. FERIA. V.

Salus populi ego ſum di cit dominus de quacumq; tribu lati o ne clamauerint ad me exau diam e os & ero illorum dominus in per petuum. P. Attendite pple meus legem

meam inclinate aurem uram in uerba oriſ mei. OR.

Magnificet te dne ſcorum tuorum coſme et dami
ani beata ſollepnitaſ· qua et illiſ glam ſempit
nam· et opem nobiſ ineffabili puidentia ctuliſti· P.
Da qs dne rex etne cunctoru· ut ſacro noſ AT.
purificante ieiunio· ſinceriſ quoq; mentib· ad ſca
uentura faciaſ puenire· P. L. Iheremie pphete.
Indieb illis· Factum eſt uerbum dni ad me dicenſ. lxxvii.
Sta in porta dom dni: et pdica uerbu iſtud et dic.
Audite uerbu dni omiſ iuda: qui ingredimini p portas
has· ut adoretis dnm. Hec dicit dns exercituu· ds
iſrl· Bonas facite uias uras et ſtudia ura: et habita
bo uobiſcu in loco iſto· Nolite cfidere in uerbiſ men
daciu dicenteſ· templu dni· templu dni· templum
dni eſt· Quo ſi benedixeritiſ uias uras· et ſtudia
ura: ſi feceritiſ iudiciu int uiru et pximu ei· adue
ne et pupillo· et uidue· n feceritiſ calupnia· nec
ſanguine innocentem effuderitiſ in loco hoc· et poſt deos alienoſ
n ambulaueritiſ in malu uobiſmet ipſis· habitabo
uobiſcu in loco iſto· in tra qua dedi patrib uris.
a ſclo et uſq; in ſclm· Dicit dns· omps· GR Oculi
omnium in te ſperant domine et tu daſ il
liſ eſcam in tempore oportuno.

S A pe ris tu ma num tu am

æ imples omne ani mal benedictione:

In illo tpr: Surgens. SCDM LVCĀ. Ihc de synagoga introiuit in domu symonis. Socrus autē symonis tenebat magnis febrib; æ rogauerunt illū p ea. Et stans sup illā imparauit febri. æ dimisit eam. Et ctinuo surgens ministrauit illis. Cū sol autē occidisset. omīs qui habebant infirmos uariis languorib; ducebant illos ad eū. At ille singulis manus imponens curabat eos. Exiebant autē demonia a multis clamantia. æ dicentia. qa tu es filius dī. Et increpans n̄ sinebat ea loqui. qa sciebant ipsū esse xpm. Facta autē die egressus ibat in desertū locū. Et turbe requirebant eū. æ ueniebant usq; ad ipsū. Et detinebant eū. ne ab ipsis discederet. Quib; ille ait. Quia æ aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnū dī. GR.

qa ideo missus sū. Et erat p̄dicās: in synagogis eor.

Si ambula uero in me dio tri bula tio nis uiuifica bis me domi ne æ super i ram ini mico rum meo rum exten des ma num tu am æ saluum me fe cit dextera tu a.

In tuor dn̄e p̄ciosa morte iustor sacrificiū SECR istud offerim; de quo martyriū sumpsit omē p̄ncipiū.

Ds cui rore descendit. ut ad ministeria tua ALIA.

purificatis sensib' accedam'. pra qs. ut in eo[rum] tradi
tione sollempniter honoranda. competens deferam'
obsequium. P. Coom. Tu mandasti mandata tua custodire
nimis utinam dirigantur uie me e ad custodiendas iustifica
Sit nobis dne sacramti tui certa Pr. co. tio nes tuas.
saluatio. que cu beator[um] tuor[um] cosme et damiani me
ritis imploratur. P. Alia.
Sacramenti tui dne ueneranda pceptio. et mistico
nos mundet effectu. et ppetua uirtute defendat. P. lxxviii
Subiecti tibi ppl'm qs dne ppitiatio Sup populu.
celestis amplificet. et tuis semp faciat seruire man
Fac mecum domine signum in bono FERIA VI. datis. P.
ut uideant qui me ode runt et confundan tur quoniam tu
do mine adiuuisti me et consola tus es me. V. Inclina
domine aurem tuam et exaudi me quoniam inops et paup sum ego.
Ieiunia nra qs dne benigno fauore psequere. OR.
ut sicut abstinentes ab alimentis in corpore. ita a uiciis ieiunem'
In dieb' illis. Conuene Lc lib numeri in mente. P.
runt filii isrl ad moysen et aaron. et uersi in sedici
one dixert. Da nobis aquam ut bibam'. Ingressiq;
moyses et aaron dimissa multitudine tabernaculu
federis. dni corruert proni in terra. clamauertq; ad dnm
et dixert. Dne ds exaudi clamore ppli hui'. et aperi

eiſ theſaurum tuum fontem aque uiue. ut ſaciati ceſſet
murmuratio eorum. Et apparuit gloria domini ſuper eos.
Locutuſque eſt dominuſ ad moyſen et aaron dicens. Tolle uirgam
et congrega populum. tu et aaron frater tuus. et loquimini
ad petram coram eiſ. et illa dabit aquaſ. Cumque eduxeriſ
aquam de petra hac. bibet omniſ multitudo. et iumenta
eius. Tulit ergo moyſeſ uirgam que erat in conſpectu domini.
ſicut preceperat ei. congregata multitudine ante petram. dixitque
eiſ. Audite rebelles et increduli. Num de petra hac
uobis aquam poterimus eicere. Cumque eleuaſſet manum
moyſes. percutiens uirga biſ ſilicem. egreſſe ſunt aque
largiſſime. ita ut populus biberet et iumenta. Dixitque dominus
ad moyſen et aaron. Quia non credidiſtiſ mihi ut ſanctificaretiſ
me coram filiiſ iſrael. non introducetis hos populos in terram
quam dabo eis. Hec eſt aqua contradictioniſ. ubi iurgati
ſunt filii iſrael contra dominum. et ſanctificatus eſt in eiſ. GR. In
deo ſperauit cor me um et adiutus ſum et refloruit
caro mea et ex uolunta te mea confite bor
il li. V. Ad te do mine clamaui
deuſ me uſ ne ſi le as ne diſce das a me

In illo tempore. Venit iheſus in ciuitatem Secundum Iohannem
ſamarie. que dicitur ſichar. iuxta predium quod dedit iacob
ioſeph filio ſuo. Erat autem ibi fons iacob. Iheſus ergo fatigatus

ex itinere · sedebat sic sup̄ fontē · Hora erat quasi sexta ·
Venit mulier de samaria · haurire aquā · Dicit ei ih̄c ·
Da m̄ bibere · Discipli enī ei9 abierunt inciuitatē · ut
cibos emerent · Dic̄ g̊ ei mulier illa samaritana · Qōm̄
tu iudeus cū sis bibere a me poscis · que sū mulier sa
maritana · Non enī coutunt iudei · samaritanis · Respō
dit ih̄c · & dixit ei · Si scires donū dī · & q̄s ē q̄ dic̄ t̄ da
m̄ bibere · tu forsitan petisses ab eo · & dedisset t̄ aquam
uiuā · Dic̄ ei mulier · Dn̄e · neq; in quo haurias habes ·
& puteus alt9 ē · Vnde g̊ habes aquā uiuā · Nūquid lxxix
tu maior es patre nr̄o iacob · qui dedit nobis puteū ·
& ipse ex eo bibit · & filii ei9 · & pecora ei9 · Respondit ih̄c ·
& dixit ei · Omis q̄ bibit ex aqua hac · sitiet iterū · Qui
autē biberit ex aqua quā ego dabo ei · fiet in eo fons
aque salientis in uitā eternā · Dic̄ ei mulier · Dn̄e · da
m̄ hanc aquā · ut n̄ sitiā · neq; ueniā huc haurire · Dic̄
ei ih̄c · Vade uoca uirū tuū · & ueni huc · Respondit
mulier & dixit · Non habeo uirū · Dic̄ ei ih̄c · Bene-
dixisti · q̄a n̄ habeo uirū · Quinq; enī uiros habuisti ·
& nc̄ quē habes · n̄ ē tuus uir · Hoc uere dixisti · Dic̄
ei mulier · Dn̄e · ut uideo pph̄a es tu · Patres nr̄i in
monte hoc adorauerūt · & uos dicitis q̄a iherosolimis
ē loc9 · ubi adorare oportet · Dic̄ ei ih̄c · Mulier ·

crede m̄. qa ueniet hora. quando neq; in monte hoc
neq; in iherosolimis adorabitis patrē. Vos adoratis qd
nescitis. nos adoram⁹ qd scim⁹. qa salus ex iudeis ē.
S; uenit hora. & nunc ē. quando ueri adoratores ado
rabūt patrē in spū & ueritatē. Nā & pat̄ tales querit.
q adorent eū. Sps ē ds. & eos q adorant eū. in spū et
ueritate oportet adorare. Dic ei mulier. Scio quia
messyas uenit. q dicit xpc. Cū g uenerit. ille nobis
annunciabit omnia. Dic ei ihc. Ego sū. q loquor tecū.
Et continuo uenerūt discipli ei⁹. & mirabant qa cū muli
ere loquebat. Nemo tamē dixit ei. qd queris. aut quid
loqueris cū ea. Reliqt g ydriā suā. mulier. & abiit
in ciuitatē. & dic illis hominib⁹. Venite & uidete ho
minē. qui dixit m̄ omnia quecūq; feci. Numqd ipse ē
xpc. Exierūt de ciuitate. & ueniebant ad eū. Interea
rogabant eū discipli dicentes. Rabbi manduca. Ille
autē dix eis. Ego habeo cibū manducare. quē uos
nescitis. Dicebant g discipli ei⁹ ad inuicē. Numquid
aliqs attulit ei manducare. Dic eis ihc. Meus cib⁹ est
ut faciā uoluntatē ei⁹ q misit me. ut pficiā opus ei⁹.
Nonne uos dicitis. qd adhuc quatuor mēses sunt. & mes
sis uenit. Ecce dico uob. Leuate oculos urōs. & uide
te regiones. qa albe sunt iā ad messē. Et qui metit

mercede accipit. et cõgregat fructũ in uitã eternã.
ut q̃ seminat simul gaudeat. et q̃ metit. In hoc ẽ enĩ
uerbũ uerũ. q̃a alius ẽ q̃ seminat. et ali⁹ ẽ q̃ metit.
Ego misi uos metere. q̃d ñ laborastis. Alii laborauerũt.
et uos in labores eorũ introistis. Ex ciuitate autẽ illa
multi crediderũt in eũ samaritanorũ. ppt̃ uerbũ mu
lieris testimoniũ phibentis. q̃a dixit m̃ omĩa quecũq;
feci. Cũ uenissent ḡ ad illũ samaritani. rogauerũt
eũ ut ibi maneret. Et mansit ibi duos dies. Et mul
to plures crediderũt ppt̃ sermonẽ ei⁹. et mulieri dicẽ
bant. Q̃a iã ñ ppt̃ tuã loquelã credim⁹. ipsi enĩ au
diuim⁹ et scim⁹. q̃a hic ẽ uere saluator mundi. Off.
Intende uoci orationis meę Rex meus et deus meus
quoniam ad te orabo domine.
Respice dñe ppici⁹ ad munera. quę sacram⁹. Secr̃.
ut et t̃ grata sint. et nobis salutaria semp existant. P.
Coṁ. Qui biberit aquam quam ego do dicit dominus
samaritanę fiet in eo fons aquę salientis in uitam ęternam.
Hui⁹ nos dñe sacramti pceptio. mundet Pt̃ coṁ.
a crimine. et ad celestia regna pducat. P. Sup pplm.
Pr̃ã q̃s omps ds. ut q̃ in tua ptectione cõfidimus.
cuncta nob̃ aduersantia. te adiuuante uincam⁹. P.
Verba mea auribus percipe domine Sabbato.

lxxv

intellege clamo rem me um intende uoci oratio nis me e.
V. Quoniam ad te orabo domine mane exaudies uocem meam. OR.

Prā qs omps ds. ut qui se affligendo carne. ab alimē
tis abstinent. sectando iusticiā. a culpa ieiunent. P.

In dieb' illis. Erat uir in babilone. L. Danihelis pphe.
& nomē ei' ioachim. Et accepit uxorē nomine susannā
filiā helchie pulchrā nimis: & timētem dnm. Parentes
autē ei' cū essent iusti: erudierūt filiā suā sedm legē
moysi. Erat autē ioachi diues ualde: & erat ei pome
riū uicinū domui sue. Et ad ipsū cōfluebant omnes
iudei: eo qd esset honorabilior omnium. Et cōstituti
sunt duo senes iudices in anno illo: de quib' locut'
ē dns. qa egressa ē iniquitas de babilone a senioribus
iudicib' qui uidebant regere pplm. Isti frequenta
bant domū ioachi: & ueniebant ad eos omis qui
habebant iudicia. Cū autē ppls reuertisset post
meridiē: ingrediebat' susanna. & deambulabat in
pomerio uiri sui. Et uidebant eā senes cottidie in
gredientē. & deambulantē: & exarserūt in cōcupiscen
tia ei'. & euerterūt sensū suū. & declinauerūt oculos
suos. ut nō uiderent celū. neq; recordarent' iudicioꝝ
iustoꝝ. Factū ē autē cū obseruarent diē aptū. qndo
eā possent inuenire sola: ingressa ē aliqndo sicut

heri & nudiꝰ tertiꝰ cū duabꝰ ſoliſ puelliſ· uoluitq; laua
ri in pomerio· Æſtꝰ quippe erat· Et n̄ erat ibi quiſquā·
p̄ter duos ſenes abſconditos· Dixit ergo puelliſ· Afferte
m̄ oleū & ſmigmata· & hoſtia pomerii claudite
ut lauer· Cū autē egreſſe eſſent puelle· ſurrexerūt
duo ſeneſ· & accurrerūt ad eā· & dixerunt· Ecce hoſ
tia pomerii clauſa ſunt· & nemo nōſ uidet· Quā
obrē aſſentire nobiſ· & cōmiſcere nobiſcū· Q̄d ſi no
lueriſ· dicemꝰ falſū teſtimoniū ɔ̄tra te· q̄d fuerit
tecū iuueniſ· & obhanc cauſā emiſiſti puellas a te·
Ingemuit ſuſanna & ait· Anguſtie m̄ ſunt undiq;·
Si enī hoc egero· mors m̄ ē· Si autē n̄ egero· n̄ effugiā
manꝰ urās· S; meliꝰ ē m̄ abſq; ope incidere in manꝰ
urās· quā peccare in ɔ̄ſpectu dn̄i· Et exclamauit
uoce magna ſuſanna· Et exclamauerūt ſeneſ ad
uerſuſ eā· Cū autē audiſſent clamorē in pomerio
famuli domꝰ· irruerūt ꝑ poſticū· ut uiderent quid
nā eſſet· Poſt quā autē ſeneſ locuti ſunt· erubuerūt
ſerui uehementer· q̄a nūq̄m dictꝰ fuerat ſermo huiꝰ
cemodi de ſuſanna· Et facta ē dies craſtina· Cumq;
ueniſſet pplſ ad uirū eiꝰ ioachī· uenerūt & duo pbri
pleni iniqua cogitatione aduerſ ſuſannā· ut interfi
cerent eā· Et dixerūt corā pplo· Mittite ad ſuſannā

Smigma 2m hrero: Est aqua ex hordeo et palea fca ad emolliendum sorde et refrigerandum

lxxvi

filiā helchie: uxorē ioachī. Et statī miserūt. Et uenit
cū parentib' & filiis: & uniuersis cognatis. Flebant
g' sui: & omēs q nouerant eā. Consurgentes autem
duo pb̄ri in medio ppli: posuerūt man' sup caput ei'.
Que flens: suspexit in celu. Erat autē cor ei' fiduciam
habens in dn̄o. Et dixerūt pb̄ri. Cū deambularēmus
in pomerio soli: ingressa ē hec cū duab' solis puellis.
& clausit hostia pomerii. & dimisit puellas. Venitq;
ad eā adolescens. q erat absconditus: & concubuit cū ea.
Porro nos cū essem' in angulo pomerii. uidentē iniquitatē.
cucurrim' ad eos: & uidim' eos cōmisceri. Et illum
qdē nequiuim' cōphendere: qa fortior nobis erat.
& apto hostio: exiliuit. Hanc autē cū apphendissem'.
interogauim' qs nam esset adolescens: & noluit indi
care nobis. Hui' rei testes sum'. Credidit eis multi
